



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Pampilonen. Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

villam de Fain, & apud villam de Amaio. Quicquid habetis apud sanctum Aman- dum, apud Sanctasium, apud villare su- per Tholum, apud Pontem nascentem, villas de S. Leodegario, de Marendulio, de Cufiri, de Beleneva, de Maniaco, de Mosterolo, de Aestival, & de Cerins. Grangias de Maini & de Marceni, gran- giam de Brentiniaco, cum appendiciis suis. Quicquid habetis in servis & an- cillis, decimis, censibus, molendinis, fur- nis, terris, vineis, pratis, nemoribus, & aquis, cum aliis possessionibus vestris. In parochialibus autem Ecclesiis quas ha- betis, liceat vobis Presbyteros eligere, & diocesano Episcopo presentare: quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam ani- marum committat, ut ei de spiritalibus, vobis autem de temporalibus de- beant respondere. Vobis autem aucto- ritate presentium indulgemus ut excom- municandi, sive interdicendi, vel suspen- dendi vos vel Ecclesias vestras earumque Capellanos aut Clericos & homines ve- stros absque manifesta & rationabili causa, & servato juris ordine, nisi tale commissum fuerit quod iudicarium or- dinem non requirat, nullam diocesanus Episcopus habeat facultatem. Quod si contra indulgentiam nostram fuerit at- tentatum, sententiam ipsam auctorita- te apostolica decernimus non tenere. Si quando vero homines monasterij vestri vinculo teneantur excommunicationis astricti, pro eorum absolutione diocesanus Episcopus vel quilibet alius potesta- tem non habeat pecuniam extorquen- di. Et si in eos, quia propter hoc pecu- niam non exoluunt, ecclesiastica fuerit sententia promulgata, eam decernimus auct. apost. non tenere. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes alta- rium, seu basilicarum, benedictionem Abbatis, ordinationes monachorum & Clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesa- no suscipietis Episcopo, siquidem catho- licus fuerit, & gratiam & communio- nem apost. sedis habuerit, & vobis ea gratis & sine pravitate voluerit exhibe- re. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis &c. usque ad verbum impen- dat. Auctoritate quoque presentium vo- bis duximus indulgendum ut si diocesa- nus Episcopus vel Archidiaconi ad Ec- clesias vestras in majori numero equita- turarum & hominum quam in Latera-

nensi Concilio fuit statutum, accesserint, procuraciones eis in vestris Ecclesiis non teneamini exhibere. Sepulturam præterea loci illius liberam esse decer- nimus &c. usque ad obstat. Salva ta- men iustitia illarum Ecclesiarum à qui- bus &c. Libertates quoque, dignitates, & immunitates, necnon antiquas & ra- tionabiles consuetudines monasterio ve- stro concessas, & hætenus observatas, ratas habemus, easque futuris tempo- ribus illibatas manere sancimus. Decer- nimus ergo &c. Si qua igitur &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum per ma- num Rainaldi Domini Papæ Notarij, vicem agentis Cancellarij, Indictione prima, incarnationis dominicæ anno M C XCVIII. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

## PAMPILONEN. EPISCOPO.

**F**ratribus & coepiscopis nostris specialem volumus gratiam exhibere, & in suis eos petitionibus, quan- tum honestè possumus, exaudire. Eapro- pter, venerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, auctoritate tibi presentium indulgemus ut cum genera- le interdictum terræ fuerit, liceat tibi, ubicunque fueris, clausis januis, exclu- sis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, vel celebrare divina officia, vel celebrantem capellanum audire, dum tamen neuter vestrum excommunicatus, vel nomina- tim fuerit interdictus, aut id tibi fuerit expressè prohibitum. Nulli ergo &c. Datum Idib. Iulij.

Epist. 287.  
Quod tempore  
generalis inter-  
dicti ipsi liceat  
clausis januis,  
nec pulsatis ca-  
panis, celebrare.

## REGIN. EPISCOPO.

**N**overit fraternitas tua quod cau- sam quæ vertitur inter dilectos fi- lios Canonicos Ecclesiæ sancti Quintini Viromanden. & Decanum ejusdem Ec- clesiæ, venerabil. fratribus nostris Re- men. Archiepiscopo, sanctæ Sabinæ Car- dinali, & Episcopo Atrebaten. duximus committendam, ita tamen quòd ipse pro parte sua tertium iudicem eligendi liberam habeat optionem. Quoniam igitur, sicut nobis relatum est, idem De- canus in partibus Lombardiæ moratur, fraternitati tuæ per apost. scripta man- damus quatenus eidem Decano aucto- ritate nostra injungas ut ad prædictos ju- dices accedere non postponat, respon-

Epist. 288.  
De causa Deca-  
ni S. Quintini  
contra suum  
Capitulum.